



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

N. V. an den Cardinal-Minister.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1647. quemadmodum & nobis ille particulari Epistola id indigitavit, atque huic & 1647.  
Octob. illi responsa sunt, Serenitas Vestra ex adjunctis exemplaribus in Latinum Octob.  
translatis cognoscere poterit.

De prætextibus infringendi Armistitii ab eo cogitatis nihil dicimus, sunt enim per se manifesti, nec aliud quam quæsti colores & inserviunt Nobis, ne in futurum amplius fidamus. Hoc tantum Nos mover, quod Armistitio nobiscum initio renuncians cum Vestra Serenitate paetum conservare videri vult, ac si technis ipsius capi Serenitas Vestra posset, aut, quod Nobis creditius est, quod credat suis his artibus amicitiae Fœderique & Confidentialiæ Nostræ mutuaæ aliquid detrimenti apportari posse. Nos itaque pro summo studio, quo flagravimus nostri confervandi fœderis confidentialiæ ac cooperacionis cum Serenitate Vestra in hoc bello adversus Domum Austriacam, & ejus adhærentes, donec divini Numinis benignitate pax universalis, justa, decora & tuta obtineri queat, longe meliora ac destinatis utrinque Nostris accommodatoria sperantes, non possumus non infistere apud Serenitatem Vestram, ut conjunctis nobiscum studiis, consiliis & viribus hanc a Bavarо e-jusque fratre acceptam injuriam vindicemus, reducto suo in Germaniam Exercitu, quo pacis Tractatus nunc aliquo tempore non parum turbati iterum restitui, & suos habere progressus queant, tum ne solæ relatae & cautius magisque pro defensione agere coactæ descerere hereditarias Imperatoris Provincias, mole belli in solos nostros Exercitus redundantem, neceesse habeamus. Hæc pro Amicitia Nostra communicare operaæ pretium duximus nullæ dubitantes, quin Vestra Serenitas sua sponte in id inclinet, quod e re & statu communi, tum etiam ex Fœdere & Amicitia nostra futurum judicaverit, ac in primis ut hostes Nostrí sentiant, nihil se posse vel artibus vel armis, quod ullo modo Fœderis Nostrí & Conjunctionis rationes infringat aut debilitet, efficere.

Denique cum destituamur in præsens ordinario in Aula Vestra Residente, jussimus Cubicularium nostrum Generolum Carolum Sopium, qui hoc tempore in Gallia moratur, hasce Literas Nostras Serenitati Vestrae offerre ac responsum ejusdem desuper solicitare. De cætero Serenitatem Vestram divinae tutelæ ex animo commendamus. Dabantur in Regia Nostra Stockholensi die 29. Octobr. 1647.

## N. V.

*Literæ Reginæ Svecie ad Cardinalem Gallicum.*

Christina &c.

Illustrissime & Eminentissime Domine Cardinalis, Amice Nobis  
sincere dilecte.

N. V.  
Ej. Schreiben  
an den Carbo-  
nal Mazari-  
ni.

Non dubitamus ad aures Eminentiaæ Vestrae famam de rupto rejectoque Armistitio Ulmensi ab Electore Coloniensi primum ac paulo post a Bavarо jam dudum pervenisse; ut non sit operaæ pretium onerare Eminentiam Vestram, Regem ejusque dilectissimam matrem Reginam regentem, sororem Nostram charissimam, conquestæ de summa Bavari iniquitate, tum de technis atque astu dieti Bavariae Electoris Armistitium non Regi Christianissimo fœderato Nostro, sed Nobis solis tenunciantis, haud alio fine, quam ut Nostra arma distrahat, mutuum Armorum & Consiliorum Conjunctionem dissolvat & dissidentiaæ causas excite. Ideoque amicè monuimus, ut Serenitas ejus bene ponderatis hisce Bavari præmeditatis in ipso initio Armistitii & præteritis

1647. tis Mensibus occultatis technis tanto ardentius hancce iniuriam ulciscatur,  
Octob. quanto is ausus est magis in utriusque Nostram ac mutua amicitia præjudi-  
cium id tentare & aggredi. Res magis perspicua est, quam ut indigeat de-  
claratione; & ea Nostra in Eminentia Vestra collocata confidentia est, ut ur-  
gere illam velle, speciem habeat alicujus diffidentiae.

1647.  
Octob.

Commendamus ergo prudentia & effectui Eminentia Vestra in rem  
communem & prosperam & Regis Christianissimi Fratris & Fœderati Nostris  
totum hoc negotium, & confidimus, Vos ita Consilia isthic directuros, ut Fœ-  
dus Nostrum mutuum fartum teatumque conservetur, & hostis communis  
infidum consilium in ipsum potissimum redundet. Sæpe antehac inter  
Nos & Christianissimi Regis ministros sermones inciderunt de abstra-  
hendo Bavarico a partibus Domus Austriae, quod ille crederetur, hujus po-  
tentiam habere suspectam quod in partes contrarias putaretur inclinare. Su-  
fere Ministri Gallici semper, ut ejus haberetur ratio & cum præterita hyeme  
armistitii injiceretur mentio, Vestrates valde institere, ut Noster Campi Ma-  
rescallus in Tractatus istos descendenteret; Nos consideratis arctissimis ejus  
cum Domo Austriae nexibus & in primis quod tota ejus dignitas & magnitu-  
do ab Imperatore penderet, tum quod Princeps esset callidus & cautus, nihil  
dicens ex animi sensu & cuncta tempori accommodare gnarus, declinavimus  
cum isto Principe Tractatus particulares omnes, nec voluimus Ministros  
Nos & illis implicari, donec tandem hi Vestrum hortatu & Senis Princi-  
pis dontextatione persuasi achoe Ulmense Armistitium accesserint, deinde  
executioni dederint, nostram Ratificationem sollicitarint, datamque in am-  
plissima forma, & transmissam illi justo ac præfixo termino reddiderint, qua  
acceptata & retentâ loco propriæ Ratificationis literas misit renunciantes Ar-  
mistitium, eodem momento urbes paulo ante ab ipso Nobis traditas & No-  
stro præsidio infessa hostiliter adgressus est, simulata pactorum observatio-  
ne cum Rege Christianissimo, ut Nobis inde rejectis Gallica deinde præsidia  
commodius aggrediretur: Vix credimus toto hoc bello adeo multis virtutis  
obnoxio simile factum reperi: Nam cætera qualicunque prætextu colora-  
ri possunt, hæc præmediato Consilio facta & ad decipiendum congesta fuere.

Confidimus ergo Eminentia Vestra prudentia & dexteritati factum hoc  
Bavari in utriusque Coronæ præjudicium ipsum non laturum impune; sed  
ut consilia & opera Vestra id, quod Nobis Bavarus renunciavit directè Chri-  
stianissimo Regi indirectè Armistitium, pro utrinque facto habeatur, & ad de-  
fendendas civitates & castra occupata Vestra cum Nostris viribus conju-  
gantur aut ad minimum cooperentur; Id quod certò factum, Residens a-  
pud Nos Christianissimi Regis Fratris & Fœderati nostri certam Nobis spem  
facit. Neque Nos putamus ea de re ambigendum, cum Nobis constet, de  
constantí proposito Fratris ac Fœderati Nostris in conservanda firmitate Fœ-  
deris nostri mutui & de Vestra sinceritate & prudentia, qua sua perspicacia  
facile discutiet istius modi nebulas. Ideoque Eminentiam Vestram Divinæ  
Protectioni commendantes, ex animo vovemus, ut diu superstes, salva &  
incolumis suo Regi, ejusque Amicis, consilio & opera adesse possit. Daban-  
tur in Regia Nostra Stockholmensi, d. 24. Octobr. 1647.

### §. V.

Wrangel zieht  
sich mit  
der schwedischen  
Feld-Marschall  
Wrangel das Armis-  
tium zurück gegen  
Sachsen.

Da nun also dem Schwedischen  
Feld-Marschall Wrangel das Armis-  
tium formlich aufgelöst war; und  
derselbe wohl sahe, daß seine Armee, nun-

mehr den Kayserlichen und Bayerischen  
zusammen, nicht gewachsen wäre; so hielt  
er vor nöthig, sich bei Zeiten, in guter Ord-  
nung zu retiriren, und die Verstärkung  
seiner